Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



marcus & lucas sed abisto ordine lam recedunt alibi enim hoc
recordantur atq: inserunt. Idesteo locoubi redit transfrando
a regione gerasenorum post expulsa & in porcos pmissa dae
monia. Nam hoc marcus & lucas conuenit. Post illud apud
gerasenos factum. & cum transcendisset inquit dihs in naue rur
sus transfretum conuenit turba multa ad illum. & erat
circa mare & uenit quidam de archisynagogis nomine
iairus & uidens eum procidit ad pedes eius & coepit ro per hoc
intellegendum. e. hoc quidem de archisynagogi filia factum
esse. Cum transcendisset ihs in naui rursus transfretum.
Sed quanto post non apparet nisi enim fuisset inter uallum
non esset & quando fiet & quomodo narrauit. matheus in
conuiuio domus suae tanquam de alio quippe narrauit more
euangelistarum quod de se ad omni sua gestum erat. Post
quod factum nihil aliud continuo sequitur. quam hoc de
archisynagogi filia sicenim ipse contexit. Ut ipse transitus
a pe te indicat hoc consequenter narrari quod & consequenter
factum. e. quando quidem cum superius commemorasset
quae de pano nouo & de uino nouo ihs dixerit continuo subiecit.
Haec illo loquente ad eos ecce princeps unus accessit. Ac per hoc
si haec illo loquente accessit nihil aliud dictorum factorumq:
eius inter positum. e. In narratione autem marci pacet locus
ubi inter poni alia potuerint sicut iam ostendimus similiter
& lucas cum post narratum apud gerasenos miracula uen
sit ad narrandum. De archisynagogi filia non sic transit
ut reuiuiscat matheum quipe post illas de pano & uino similitu
dinis hoc gestum esse demonstrat dicendo. Haec illo loquente
iste quippe cum terminasset quod apud gerasenos factum
narrauerat hoc modo transit in aliud. factum. e. autem
inquit cum redisset ihs accepit illum turba erant enim
omnes expectantes eum. & ecce uir cui nomen iairus & ipse
princeps synagogae erat & cecidit ad pedes ihu & coepit ro